

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Reden und Arbeiten der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420, 1-4

57 Reden der Societas Latina - Cod. Karlsruhe 3420,3

Molter, Johann

[Karlsruhe], 1783-1800

[Liebenstein, Ludwig von]: De dignitate hominis disseruit, 5 Feb 1798

[urn:nbn:de:bsz:31-99849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-99849)

De dignitate hominis
disseruit

Ludovicus de Liebenstein. Imp. St.

quarto ⁱⁿ Calendas Februar.

MDCCXCVIII.

20 Jan.

De supposito tamquam
fuerit

Mag. Antonius de ...

... ..

MCCCXCVIII

Vel
et
hor
col
dis
cur
ta
re
ut
fus
lit
Na
vit
mit
da
pu
su

Director illustrissime!
Socii condecoratissimi!!

Vel plurimas et excellentissimas facultates
et indolem quam praestantissimam Deus
homini indidit, quibus iuste utens, rationi
colenda, moribusque in melius semper mutan-
dis assiduam operam adhibens ac virtute in-
cumbens infandam felicitatem consequi, cun-
ctaque creata longe superando ad divina natu-
rae decorem ferre accedere valet. Quod vero
ut illi contingat, egregia sua dignitatis pro-
fus convictus, omnibusque in rebus memor
sit, ac nequaquam illam negligat necesse est.
Nam ille tantum cui non pro paucis huius
vitae momenti sed pro immortalitate et infi-
nita letitia in continuo Dei usu adsequen-
da agere oportere persuasum est iusta ac
praecleara perficit, cum contra dignitatis
suae inmemorem ac obliuescentem flagitio.

rum immanium non pudeat, abjecti et pesun-
 dati hominis dedecore sibi comparato.
 Quæ cum ita sint, Director gravissime socii
 ornatissimi, si non displicet de dignitate homi-
nis disseram, et in priori parte, qualis sit
hæc dignitas, quibusque cognoscatur, quom-
ostendissem, quid illi contrarium sit in pe-
 steriori breviter explicabo.

Naturam humanam præcipue, qua ceteris
 animalibus præstat, ratione ornari, remi-
 nem dubitare existimo. Tantum enim abest,
 ut sensibus, sicut illa plane obnoxius sit ho-
 mo, ut potius ab externis rebus animum in
 se ipsum convertere, atque naturam suam, sta-
 tum illius ac commutationes et internas et exter-
 nas vel leviter observanti, præterita, postera et
 presentia discernere liceat. Se ipsum existere
 et agere perspicue clareque intelligit, causas
 suas ac fines rerum perscrutari, ex quibus ini-

tiis oita, quomodo inter se junctae sint, quomodo
 sese excipiant cognoscere, et postera sapissime
 praesagire libet. Quam innumera est idearum
 et notionum copia, quas humana mens intra li-
 mites vita, haud procul distantes, excipit com-
 ponit, atque conjungit, ex quibus cogitandi
 ac ratiocinandi materiam sumit. Quae qua-
 so, in coelis terrisque, in maribus et in infini-
 to aetheris spatio jacent, quae in tenebris ante,
 quietatis latent, quae temporum posterorum nex-
 tegit, quibus hominum ratio non cognoscen-
 dis, percunctandis et explorandis studeat.

Quod penum praecipua laudi et decori est, con-
 tinuam temporis seriem, nec initio, nec fine
 circumscriptam, quin et ideam naturae di-
 vine, omni celsiorem mente concipere valet.

Sapissime quidem incerta rerum spe in laby-
 rinthos ducitur errorum sapientissimi qui-
 dem se nihilum scire, nisi id ipsum, confi-

tentur, sed non est dubitandum, quin illi
 mitatam facultatum vim expediendo atque
 que adhibendo longius semper longiusque
 progressura, et denique ad plenam universi
 rerum regni cognitionem perventura sit.

Non minor ratione, sed aequae gravis atque de-
 cora est libertas animi et voluntatis. Quum
 indericto instinctu animal trahatur et in
 immenso spatii oceano innumera mundorum
 ingentium multitudo, circulis ab aeterno imu-
 tatis circumagatur, eosque sexcenties jam lust-
 ratos repetere non desinat, solus homo illis
 tanto minor ipsi leges sibi scribit, quidquid
 bonum videatur peragens, quid minus prope-
 rum omittens. Consilia ipsi probata, ab ipso
 capta exsequitur, nec specierum fraude, nec
 phantomate prodigioso decepto, verum falsum
 que, bonum malumque discriminari licet; in
 systemate agendi instituendo nil nisi lumen
 rationis sequitur. Sin autem, quod saepius

accidit, fallitur, tantum abest, ut impediatur, quo minus in via virtutis et sapientiae incedat ac progrediatur, ut potius errore intellecto, et illecebris vitii atque affectuum cognitio majorem in agendo, et perfecta virtute adpetenda libertatem nanciscatur. Quare ceteris creatis, quae ferrea necessitate in omne tempus coguntur, quanto homo praestet cuncta ex suo arbitrio liberaque voluntate faciens omittensve, quanto illorum dignitate major et honestior sit humana, nemo non intelligit.

Porro red indefessa agendi cupiditas vel maxime nos ornat. Licet universa natura lege firma agat et moveatur, meritum ei imputare nequeamus, quod penitus sui nescia omnia facit, manus nequaquam visa, nequaquam prorsus intellecta circumagitur. Nusquam nisi in homine arbitrium atque consilium ultro agendi stimulum ducentes invenimus, qui quam in finitus sit, nemo non ignorat. Namque ubi quae so, animi humani studiis meta est po,

posita, ubi meditari et interna aequae ac aeternae
mutare desinit? Ubi est spatii vel temporis
modus ultra quem hominis voluntas et facta
nullius sint momenti? Cuncta sibi servire co-
gens res vel diversissimas componere, ad con-
silia perficienda illis uti studet, quae, quomi-
nus prosequatur nec impedimenta nec pericu-
la prohibere possunt; otio enim vel inimicissimus
nil nisi facta et agendi occasionem sibi exoptat.

— Quae ad agendum proclivitas maximum
atque praecipuum est incitamentum in altius
magis magisque evahendi, mores colendi, et in
melius vertendi, virtuti incumbendi, beataeque
et sublimi Deum naturae adpropinquandi.

Quum cuncta creata cum plantae tum ani-
malia pulchra quidem et perfecta a principio
inmutata eadem esse non desistant, multo ali-
ter humana res sese habet. Nulla enim angu-
stia seu spatii seu temporis praclusus gra-
dum virtutis homo nunquam ascendere po-
test, quem superare non liceat. Quo magis

vires adstringit adhibetque, eo plures facultates
hactenus dormientes et inexculte solvantur, quo-
rum numerus etsi in infinitum auctus infini-
tum factis suis complecti potestatem facit.

Tantam scientiæ copiam nunquam sibi conciliat,
ut nihil discendum supersit, nunquam adeo sa-
piens est atq; pius, ut altius evahi vanus sit
labor.

Excimia dignitati nostræ illud vel summum Dei
propitii donum, quod imortalem animum nobis
indiderit, adhuc adponamus. Quæcumque soles fulgo-
re spoliati chaoticis tenebris miscabuntur, planete
in immenso oceano nihili mergentur, mundique dis-
turbati evanescent, humanus animus perennis,
cunctoq; creato superstes non in æternum durare
non poterit. Egregius illi finis est propositus,
cum Deo versando, divinam sanctitatem et ma-
jestatem intuendo, divinam sapientiam persequen-
tando et admirando, divina consilia adjuvando
divina jussa exsequendo, divinaq; beneficia lar-

giendo beatorum felicitate frui ac delectari.
 Nec demum est disimulandum, venustam ho-
minis formam, et suum in terra imperium dig-
 nitati suae multum tribuere. Decora facies, pul-
 cherrus corporis habitus omnibus admirationem
 imponunt; animus oculis sectur, quippe qui
 nunc amorem petunt, nunc obedientiam impe-
 rant, nunc pavorem spargunt, nunc ignem micant.
 - Et quis est, qui hominem omnia regere, bestias
 dominare, elementis, secretisque natura viribus tem-
 perare neget. Si homo defuerit, pulcherrimo-
 rum arborum loca tristes solitudines, amoeno-
 rum hortorum infalubres patudes, ac iucun-
 dorum lucuum deserta nemora obtinerent, et
 corvi crocitus, leonis mugitus, tygrisq; esurien-
 tis furor terrorem undique diffunderent, ubi nunc
 dulci gratia natura quemcunque arridet.
 Equidem compluribus millibus versuum hominis
 de universa natura imperium exponere possem,
 utpote, qui vel minimam partem explicui,
 sed angustia temporis pracluso haec disseruisse

sufficit, atque egregiam hominis dignitatem ratione
 praesertim et libertate ^{ad} agendum proclivitate ac im-
 mortalitate animi stare, quum satis ostendisse mihi
 videar, in posteriori orationis parte, qua dignitati
contraria sint, eloqui libet.

II.

Cum praecipua dignitatis pars sit ratio, qui illi
 colenda neutiquam studet veritatem et errores ju-
 ta estimans, rebusque, quas animo concipere possit
haud incumbens, dignitati sua contraria committit
 Iustissime, qui sedium quietarum Camoenarum
 impatientes, continuis voluptatibus obnoxii degunt,
 nec unquam meditationi honestisque rebus vacantes
 indignam vitam ipsorum obliti ante se agunt, ju-
 stissime, inquam, hos dignitatis imemores arbitra-
 mur. Quibus copia presentium rerum sufficit, qui
 praeterita ac postera minime curant, quibus
 supra oculis exposita evehi nequentibus. gravio-
 res de Deo, virtute, officiis, hominis fine, et animi
 immortalitate inquisitiones tadio sunt, dignitatem

asperrari vere iudicamus. Profecto omnibus ad cogitandum optime praediti nil nisi aliorum dicta sequentes, cunctas late dominantes sententias adoptantes et defendentes, falsarum idearum tenebris obfusi discendi studium cohibentes et veritatem nec investigantes, nec probantes dignitatem negligere haud vane dicuntur.

Dein, que libertati hominis contradicunt, que usui illius fines imponunt, humanam dignitatem comminuant atque deprimunt. Natura sua praestantia indigni sunt, qui externarum rerum momento resistere non possunt, cuncto, quod ipsis probatur carere nequentes, quibus proprii consilii expertibus consuetudo et exempli vis pro ratione valent, apud quos illa, que vera bona et decora putantur, majus quam illa, que sunt vera bona et decora, momentum habent. Libertatem frustra apud illos queras, quos vitis sceleribusque obnoxios ita, ut ratione quoque et virtute repugnantibus probis et pravis affecti,

bus non obedire non possint, libido dominat. Quum
 demum invenies humani generis jura libertatem et
 aequalitatem a natura constitutam negantes, magno,
 rum et validorum praecepta servili quadam venera-
 tione exsequentes, trucem minantemq; eorum vultum
 timentes atque horrentes, ac prava patrande et mul-
 tum adulando benevolentiam captantes honestam
 suam libertatem cum vili servitute permutasse recte
 dicas.

Porro omnia, quae nostrum agendi studium cohibent
coercentq; quae in mala et inhonesta convertunt
 cum dignitate nostra minime conveniunt. Innu-
 mera illorum est copia, qui animi facultates me-
 ditando exercendas, ac colendas, et labores atq; injuri-
 as tempestatis perpetiundo corpus robustum vali-
 dumq; reddendum timidi fugiunt, qui omne ardu-
 um conandum omne magnum patrandum anxi-
 abhorrent, qui sibi diffidentes plane inescultas vi-
 res relinquunt, metuentesq; ne nimia opera na-

randa corporis sanitas detrimentum capiat, utique
 nihil boni proferunt. Alios deinde reperies, qui cum
 cito agendi stimulo in exigua converso semper agendo
 nihil perficiunt, quod ipsis dignum ad communem
 salutem conferat, cuius memoria jam defuncti vige-
 ant ac celebrentur. Quis demum est, qui permul-
 tos esse nesciat, multa graviaque, sed nil nisi pro-
 bra agentes, bonum corrumpentes, insonti, ut vi-
 tia committat, persuadentes, imbecillis imponen-
 tes, familiarum pacem et quietem turbantes,
 terrasque universas infinita malorum seriei ad
 comoda sua curanda involventes, quos omnes a
 dignitate natura sua longe aberrare nemo negabit.
 Dignitati contraria quoque committimus, si sursum
indies escendere desinimus, et facultates in ma-
 jus augendas, scientiasque majores nobis compa-
 randas desperamus. Tantum abest, ut illi, quibus
 quo sciunt et gesserunt jam sufficiunt, qui sibi
 ordinis ac magistratus negotia atque res satis in-
 telligentes sapientes et expediti sibi videntur,

qui sceleribus vitiisque turpibus nondum admisissos sanctos sese habent, tantum, inquam, abest, ut his ultimus virtutis gradus evenerit, ut potius primum, quem vix et ne vix quidem adscenderunt superandum desperent, necesse sit. Ceteris sapientia prestare, saniore iudicio, celsiore virtute eos antecellere non audent, consuetudini serviri, mediocria semper imitari, ac peragere, cuncto impedimento terreri, cuncto malo frangi hominem dedecet, cuius est in aeternum altiora querere et altioribus studere.

Hominem quoque, cui imortalitatis fors accidit, huius oblitum paucis vitae momentis modo vacare, in rebus caducis, quas pro omni tempore mors adimit felicitatem ponere nefas est. Mortem in dulcissimam vitam nos ducturam, se, pulcrum cunctis malis curisque nos liberaturum, meramque et infinitam voluptatem nobis porrecturum horrere immortales pudeat.

Dignitatem denique minime tuetur, qui de

eorum animi domicilium intempestivo dolore et
indomitis affectibus deformat, atque imperium
suum de orbe terrarum crudelitate, temeritate
et petulantia foedit. Non tyrannos, sed patres
 ac tutores animalium, agrorum miserentes, et
 periclitantibus opitulantes nos esse decet. Nisi
 necessitate coactos illa non necare et nequaquam
 tormentis adficere atque excruciare fas est. Nos-
 trum non est, terram depopulari, sed ornare,
 non pavorem et cadem sed letitiam et felici-
 tatem dispergere.

Quam decora sit dignitas hominis, quam miser
 et profundatus, qui illam negligit, quam peni-
 tus intelligimus, cupiditate flagremus, ratione
 auctore liberi agendi, ut ad maiora quotidie per-
 veniamus vel maxime assiduam operam demus
 immortalitatis animi memores, et dignitatem ita
 diligentissime tuentes, sumique aestimantes ad
 præclarum finem nostrum, virtutem et felici-
 tatem, quantum vires valent, accedere studeamus.

